non existit. Volentes itaque premissa si
cut etiam nec debemus conniventibus oculis
pertransire fraternitati vestre per apostolica scripta
mandamus quatinus vos vel duo aut unus
vestrum per vos vel alium seu alios pre
dictum Gerardum easdem excommunicationis maioris
et sententias illisque ligatum existere terras que
suas et loca interdicto subiacere predicto et
in ecclesiis et locis earum partium de qui
bus vobis videbitur singulis diebus domini
cis et festivis dum clerus et populus ad divina
convenerint nuntiatis eundemque Gerardum
nichilominus peremptorie citare curetis
ut infra instans festum Ascensionis domini
exclusive apostolico conspectui personaliter se pre
sentet super crimine heresis de quo se sus
pectum ut prefertur vehementer reddidit
sententiam auditurus ac facturus et recep
turus quod iusticia suadebit. eidem apostolicis
intimantes quod sive infra dictum terminum
vel in eo comparuerit sive non comparuerit
ad dictam ferendam sententiam necnon pri
vationis et aliarum penarum predictarum
declarationem et inflictionem et alias contra
ipsum sicut expedire videbimus absque ci
tatione alia procedemus. Rursus omnibus
et singulis tam personis singularibus ecclesiasticis
et secularibus cuiuscumque status ordinis
dignitatis vel conditionis existant etiam
si pontificali regali vel alia quacumque
maiori vel inferiori ecclesiastica vel munda
na prefulgeant dignitate quam communitatibus
et universitatibus quibuscumque inhibe
atis districtius et mandetis quibus
etiam nos tenore presentium manda
mus et inhibemus peremptorie et ex
presse ne prefato Gerardo super occupa
tione ac detentione terrarum et civitatis
predictarum aliisque suis terminis quas
exercere presumit sibi assistant cum
armis vel sine armis aut prestent et
quomodolibet directe vel indirecte publice vel oc
culte per se vel per alium seu alios auxilium et
consilium vel favorem. Alioquin personas
easdem singulares quascumque post huiusmodi
inhibitionem et mandatum huiusmodi ad eorum

pervenerint noticiam vel per eos steterit quo
minus pervenirent excommunicationis dictisque Communita
tes et universitates interdicti sententias incur
rere volumus ipso facto. Eos quos in eas
vel earum aliquam sumarie simpliciter et
de plano incidisse reperitis incurrisse et
ac eis subiacere studeatis publice nunciare.
Volumus autem quod denunciationes pu
blicationes et citationem predictas modo
quo melius vobis videbitur etiam per
publicam propositionem edicti si dicti Gerardi et aliorum
quos premissa contingunt aditus prese
ntia non possit commode in uno vel diversis
locis publicis de quibus sit verisimilis presump
tio quod ad eos quos tangunt pervenire vale
ant affigendi facere valeatis quacumque
constitutione contraria per predecessores nostros Roma
nos pontifices edita non obstante seu si eis vel eorum
aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica
sit indultum quod excommunicari aut eorum terre
ac loca interdicto non possint subici per
litteras apostolicas non facientes plenam et
expressam ac de verbo ad verbum de indul
to huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte
sedis indulgentia generali vel speciali cuius
cumque tenoris existat per quam presenti
bus non expressam vel totaliter non insertam
vestre iurisdictionis seu executionis explicatio
impediri valeret quomodolibet vel differri
et de qua cuiusque toto tenore habenda
sit in presentibus de verbo ad verbum
mentio specialis. Datum Avinion. xv. kal.
Februarii anno xv. Bosio Electo Aretino.

Meritis tue devotionis inducimur
ut petitionibus tuis quantum
cum deo possumus favorabiliter annua
mus. Dudum siquidem tuis oportuni
tatibus paterna benivolentia provi
dere volentes tempus de consecrandis
Episcopis a canonibus diffinitum infra quod
tunc noscebaris existere usque ad certi
temporis spacium per litteras nostras de spe
ciali gratia prorogavimus et quod interim be
neficia ecclesiastica que tunc tempus obtinebas
retinere liceat quacumque constitutione
contraria non obstante valeres tibi